



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLXXXI. Markgraf Ludwig nimmt in dem Braunschweigschen Kriege
Gerlof von Brunhertz mit dem Schlosse Angern in seinen Dienst (am 25.
Mai 1343?).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

rantes, Hinricus de Lechtes, Johannes de Parenbeke, Bernhardus de Thoreyda, Heynmannus Risbite et Lyppoldus de Aydes, vasalli, nec non communitas vasallorum dicti domini Regis ibidem, Salutem in omnium saluatore. Noverint vniuersi presentes et futuri. Quod nos matura deliberatione et consilio prehabitis, cum post inuasionem Estonum infidelium, depredationem, interfectionem dominorum suorum, spoliationem et desolationem honorum eorundem nec non et malefacta eorum quam plurima, terra nostra saluari et pacificari per alium nullatenus posset, Magistrum Lyuonie in nostrum et terre nostre tutorem, Capitaneum et defensorem elegimus specialem, tradentes sibi castra Reualie et Wefenberg cum terris et attinentiis suis vniuersis, pro corona Regni Dacie fideliter conseruanda, tali cautione premissa, quod cum ipsa castra repetierimus vnanimiter et concorditer nobis resignanda, ex tunc deinceps infra mensem immediate post huiusmodi requisitionem, ipsa castra et terram cum attinentiis suis vniuersis nobis libere debeat resignare, fraude et dolo quibuslibet procul motis, Ita tamen, quod ante ipsam resignationem dicto magistro et ordini pro expensis, dampnis et interesse, que vel quas hy, qui dicta castra nomine prefati magistri tenuerunt, circa conseruationem eorum rationaliter se habuisse ostenderint, satisfacere plenarie teneamur, ad quod manu conjuncta nos fidentenus adstringimus per presentes. In hac autem ordinatione castrorum terre predictorum in verbo veritatis dicimus, nichil fore in preiudicium Regis vel corone Dacie attemptatum, sed quia timemus, dicta castra et terram, si hoc non faceremus, a corona regni Dacie perpetuo alienari. In cuius rei euidentis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Reualie, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo tercio, feria sexta proxima ante festum ascensionis domini.

Aus der Dreger'schen handschriftlichen Urkunden-Sammlung.

DCCLXXXI. Markgraf Ludwig nimmt in dem Braunschweigischen Kriege Gerlof von Brunhertz mit dem Schlosse Angern in seinen Dienst (am 25. Mai 1343?).

Wi Lvdouig etc., bekennen vnd bethügen in dessellem oppene Breue, dat wi den erbar man Gerlof von Brunhertz, mit dem huse to Anger, hebbe gnumen in vse beschernisse vnd vrede: vnd schollen in vordedinge seines rechten gegen allermenlich, die en vor vnrechten wollen: vnd schollen fines rechten gantzlich gewaldik sein. Die vorge-nante Gerlaf schal vns mit deme vorgenanten huse behulpen sein vnd wesen vp alswi, wo wi it bedürfen, an vp den Biscop von Meydeborch. Dar vmme scholle wi ime oder den erbern lüden, Herrn Fritzen van Welsleuen, Heynikin van Gardeleuen, vnd Otten van Osteren, van siner wegen, geuen anderhalf hundert marg sulbers steindalchs gewichtes, van dem ersten gelde, dat wi van deme vorgenanten huse tu Anger irweruen

oder die vns, von gedingnisse oder van geuanghen, in dessen orloye, dat wi hebben mit dem Hertogen van Brunfwig, allerst worden oder geuallen mogen. In cuius etc. Datum Sehufen.

Nach Ludwig, Reliq. Dipl. VII, S. 70.

DCCLXXXII. Markgraf Ludwig nimmt Gebhard von Alvensleben mit dem Schlosse Clötze in seinen besondern Schutze und zu seinem Beistande an, den 25. und 28. Mai 1343.

Anno quo supra (M^o. CCC^o. XLIII^o.) seria quarta in penthecoste, Nouerint etc. quod nos etc. considerata & preensa fidelitate strenui militis, sincere nobis dilecti, Geuehardi de Aluensleue, ipsum cum castro suo dicto Clötz cum singulis & vniuersis bonis, ad id ex iure pertinentibus, in nostre defensionis & tuicionis recepimus & presentibus recipimus presidium singulare, volentes ipsum contra quemlibet vel quoslibet inuasores cuiuscunque status vel condicionis fuerint illicitos & uiolentos, iniuriam & violenciam inferre sibi volentes, pro suis iuribus, quorum posse plenum habemus & habere volumus & quorum omnimodam facultatem nobis reseruamus, dum per ipsum uel ipsius nomine notorie requisiti fuerimus, defendere, Addicientes, quod si castrum prenotatum occasione & nomine nostri amitti vel perdi, quod absit, contingeret; ex tunc ad solucionem siue restauracionem castri prenotati secundum estimacionem quatuor virorum ydoneorum, duos ex consilio nostro ceterosque ex amicis suis, de quibus super eo fiduciam gesserit, assumendorum, sibi suisque veris & legitimis heredibus tenebimur & volumus obligari. Ceterum si castrum prenotatum obsedi vel circumvallari vel cum ceteris nouis structuris vel castris ipsi preiudicialibus preedificari, quod eciam absit, contingeret; ex tunc dictum castrum quoad obfessionem vel circumvallacionem infra vnus mensis a die notificacionis nobis facte spacium & quoad preedificacionem municionum preiudicialium, prenotato castro factarum, in spacio quartalis vnus anni absolueret & liberare tenebimur & tenemur. Volumus eciam rixarum & dissensionum nostrarum temporibus, si quas inierimus, bonis suis quibuscunque, que nostri depactata fuerint nomine, paria & similia bona hostibus & emulis nostris, a quibus depactatus fuerit, pertinencia deputare & sine diminucione qualibet assignare. Premissorum igitur consideracione promisit idem geuehardus de Aluensleue, debeat & tenebitur nobis et heredibus nostris cum castro Clötz prenotato contra quoslibet, cuiuscunque condicionis fuerint, dum et quotiens per nos et officiatos nostros requisitus fuerit, parere, intendere condicionibus quibuscunque quiescentibus fideliter obedire. In cuius etc. Testes dux de Decka, Guntherus comes de Swarczburg, Henricus de Ryfach curie nostre magister, Johannes de buch, Otto de Helbe, milites. Gericus wolf, Marquardus Loterbeck, henningus de knyzebeck cum ceteris. Datum Sehufen, anno quo supra, in die vrbani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arnburg Nr. LXXXI. — Walther, Singularia Magd. VII, 78. — Ludwig, Reliq. VII, 70 — 72.